

Documents pour servir à l'histoire médiévale de la province augustinienne de Cologne

Extraits des registres des prieurs généraux
(1357-1506)

(suite *)

Barthélemy de Venise ³⁹⁾

1383-1400

33

Florence, 18 Martii 1384

Confirmavimus gracias factas Magistro Gysoni ⁴⁰⁾, provinciali Colonie, per predecessorem nostrum, et licteram vicariatus futuri provincialis capituli transmisimus per reverendum Magistrum hen-

*) Voir *Augustiniana* IX (1959), 202-220.

³⁹⁾ Barthélemy de Venise était vicaire-général de l'Ordre sous l'obédience du pape Urbain VI (1378-1389) depuis 1383. Il fut désigné comme général au chapitre de Gran en Hongrie en 1385 et réélu comme tel aux chapitres d'Imola (1388), Wurtzbourg (1391), Rimini (1394) et Munich (1397). Il mourut en 1400 à Venise. De son généralat sont conservés les registres Dd 2 (28 décembre 1383-10 février 1387) et Dd 3 (12 février 1387 - 23 décembre 1393). Voir E. ESTEBAN, dans *An. Aug.* V, 51-62, 76-93, 98-104, 126-129, 150-151 et D. A. PERINI, *Bibliographia Augustiniana*, t. IV, Firenze 1937, pp. 38-39.

⁴⁰⁾ Gyso de Colonia a étudié à l'université d'Oxford, où, en 1370-1371, il lisait les Sentences en vertu d'une décision du chapitre général tenu en Avignon à la Pentecôte de 1368: « diffinimus in universitatibus Anglicanis pro tertio anno in Oxonia fratrem Gisonem de Colonia... » (*An. Aug.* IV, 454). Joannes Hilt-

ricum de Saxonia ⁴¹⁾, cuius eciam credere debet relacioni pro futuri generalis capituli dispositione.

Dd 2, f. 9r

(An. Aug. V, 85)

34

Florencie, 21 Martii 1384

Misimus licteras vicariatus capitulorum provincialium Colonie, Thuringie et Saxonie, et Bavarie ut in forma.

Dd 2, f. 10r

35

Bononie, 23 Apr. 1384

Fecimus fratrem Iohannem de visbach ⁴²⁾, provincie Colonie, studentem in Bononia de gracia speciali.

Dd 2, 13v

lingen de Bâle lui dédia ses *Decem Responsiones*: « Dilecto socio et amico amore, germano professione, necnon et patri honestate et erudicione, fratri Ghysoni de Colonia, bachelario actu legenti sentencias in Universitate Oxonie famosa, frater Iohannes de Basilea » (Fribourg-Suisse, Cordeliers, Ms. 26, f. 34). Dans un contrat relatif au droit terminaire à Dortmund (Westphalie), ratifié à Cologne le 30 juin 1368 entre les couvents de Cologne et de Lippstadt (Westphalie) avec l'approbation de Jean d'Alost, provincial de la province de Cologne, et celle de Jean Klenkok, provincial de la province de Saxe, son nom figure parmi les témoins: « ... testibus presentibus venerabilibus fratribus Petro Peregrino, lectori principali Brugensi, et Gisoni de Colonia, ad lecturam Sententiarum in universitate Oxoniensi destinato » (N. DE TOMBEUR, *Prov. Belg.* Ms. t. III, 24-25). En mai 1374, il devint provincial de la province de Cologne pour la première fois au chapitre général et provincial tenu à Cologne en présence du général Guido de Belriguardo. Il fut réélu plusieurs fois dans la suite. De 1389 à 1400 il fut professeur à la faculté théologique de la nouvelle université de Cologne dont il était l'un des fondateurs. Le 13 juin 1391, sur ordre du chapitre général à Wurtzbourg, il incorpora le couvent de Cologne dans la nouvelle université avec son confrère Nicolas de Neuss. Voir N. DE TOMBEUR, *Prov. Belgica...* Lovanii 1727, pp. 244-245; H. KEUSSEN, *Die Matrikel der Universität Köln*, t. I, Bonn 1928, p. 60*, n. 4, p. 8, n. 4 et pp. 59-60; G. LÖHR, *Die Mendikanten in den Kölner Schreinsbüchern*, dans *Annalen des Hist. Vereins für den Niederrhein* 134 (1939), p. 14, n. 40; A. ZUMKELLER, *Hugolin von Orvieto und sein theologische Erkenntnislehre*. Würzburg 1940, p. 100; D. TRAPP dans *Augustiniana* IV (1954), 210 et VI (1956), 247; A. EMDEN, *A biographical Register of the University of Oxford to A. D. 1500*, t. I, Oxford 1957, pp. 469-470. Voir en outre les numéros 37, 41, 44, 57, 65, 66, 76, 97, 142, 151, 154, 160, 185 et 195.

⁴¹⁾ Il était *socius* du général, qui l'envoya en Allemagne pour préparer le chapitre général, lequel se tint à Gran en Hongrie, l'an 1385. Cf. *An Aug.* V, 85.

⁴²⁾ Joannes de Visbach (= probablement Fisbach ou Fischbach dans le Grand-Duché de Luxembourg), lecteur en théologie, était prieur à Gand de 1396

36

Veneciss, 18 Maii 1384

Concessimus venerabili Magistro Nicolao de Nusia ⁴³⁾, provincie coloniensis, infrascriptas gracias. Primo exemimus eum ab obedientia cuiuscunque officialis nobis inferioris et si sua demerita egentur disciplina nobis correctionem reservamus ; fratrem quem in socium receperit a comunibus obedienciis exemimus et quod famulus suus de comuni vita conventus vivere possit. Item generalem licenciam exeundi, intrandi conventum in quo fuerit pro tempore, eundi hinc inde [per] provinciam vel extra, vel mittendi duos, equester vel pedester, ad nos veniendi cum uno socio, non obstante clausula de licencia semel data. Item licenciam utendi balneis, stupis, medellis, eligendi confessarium semel in mense, quod possit eum absolvere ab omnibus peccatis.

Dd 2, f. 16v

37

Eodem die

Commisimus hortando ⁴⁴⁾ Magistro Gysoni provinciali Colonie, quod credat sicut nobis Magistro N[icolao] de Nusia, eiusdem provincie, super factis capituli generalis. Recommendando eundem Magistrum N[icolaum], quod sibi provideatur de regencia cathedre studiorum Coloniensis vel Brugensis alterius dumtaxat.

Dd 2, f. 17r

(An. Aug. V, 86)

38

Veneciis, 20 Maii 1384

Concessimus Magistro Nicolao, de provincia colonie, licenciam redeundi ad provinciam suam.

Dd 2, f. 17r

à 1399. Il fit dresser l'inventaire de la bibliothèque conventuelle à Gand qui comptait alors 83 manuscrits, ce qui pour l'époque était considérable. Cf. N. DE TOMBEUR, *Prov. Belg.* Ms. t. III, 251-252 ainsi que les numéros 60, 68, 93 et 137.

⁴³⁾ Nicolaus de Nussia (= Neuss en Westphalie), appelé aussi Nicolaus de Colonia, maître en théologie à l'université de Bologne en 1385, fut professeur à la faculté théologique de l'université de Cologne de 1389 à 1397 et provincial de la province de Cologne de 1387 à 1389 puis de 1393 à 1396. Voir N. DE TOMBEUR, *Prov. Belgica...* Lovanii 1727, p. 245 ; H. KEUSSEN, o. c., t. I, 60*, n. 5, p. 8, n. 5 et pp. 59-60 ; F. EHRLE, *I più antichi statuti della Facoltà teologica dell'Università di Bologna*, dans *Universitatis Bononiensis monumenta*, t. I, Bologna 1932, p. 106, n. 77. Voir également les numéros 37, 38, 45, 50, 65, 75, 85, 145, 152, 160, 163 et 204.

⁴⁴⁾ Ms: *hortamur*.

39

Strigonii, 4 Oct. 1384

Concessimus fratri petro de Alstor, provincie Colonie, licenciam liberam ad generale Capitulum de proximo celebrandum veniendi, ubicumque terrarum celebrari contingerit, nolentes quod per aliquem nobis inferiorem, nisi quod absit hoc sua demerita futura exigentur, retardatur ⁴⁵⁾.

Dd 2, f. 25v

40

Eodem die

Concessimus fratri petro de Alosto ⁴⁶⁾, provincie colonie, cappellano domini cardinalis T[ullensis] ⁴⁷⁾, tituli sanctorum quatuor coronatorum, ad nostrum generale capitulum de proximo celebrandum, ubicumque hoc celebrabitur, cum duobus fratribus nostri ordinis veniendi.

Dd 2, f. 25v

(An. Aug. V, 86)

41

Venetiis, 11 Nov. 1384

Acceptavimus electionem et confirmationem M[agistri] Gysonis, provincialis Colonie. confirmantes omnes gracias et singulas, alias per nos eidem factas, tam personam quam officium/concernentes, similiter sicut prioribus provincialibus precipiendo, quod etiam una cum aliis provincialibus nacionis sue cogitet de loco capituli, in casu quo non posset in strigonio ⁴⁸⁾ celebrari, etiamsi cum contribucione oporteret locum talem capitulum acceptare.

Dd 2, f. 26r-v

(An. Aug. V, 88)

42

Venetiis, 20 Dec. 1384

Fecimus studentem in nostro studio de arimino fratrem Iohan-nem de colonia.

Dd 2, f. 28r

⁴⁵⁾ Ce texte est biffé complètement. Voir n° 40.

⁴⁶⁾ Petrus de Alost (= Alost en Flandre Orientale), chapelain du cardinal Jean de Neufchâtel, est mentionné en 1394 comme membre du couvent de Gand. Cf. A. KEELHOFF, *Geschiedenis van het klooster der Eerw. Paters Eremyten Augustynen te Gent*. Gent 1864, p. 229 et plus loin n° 49.

⁴⁷⁾ Toul en France, à savoir Joannes de Novocastro (Neufchâtel), créé cardinal des Quatre-Saints-Couronnés par l'antipape Clément VII (1378-1394) le 23 décembre 1383 et décédé en 1398. Cf. EUBEL, o. c., t. I, pp. 28, 41.

⁴⁸⁾ Strigonium = Gran ou Esztergom en Hongrie.

43

Venetiis, 13 Febr. 1385

Diffinivimus fratrem Andream de colonia, magistrum studentium padue, ad legendum cursus suos in conventu paduano.

Dd 2, f. 31r

44

Strigonii, 25 Maii 1385

Concessimus Magistro Gysoni, priori provinciali provincie Colonie, gracias conswetas. Primo auctoritatem plenariam omnes et singulos conventus dicte provincie visitandi, sentencias excomunicacionis in scriptis ferendi, iuramenta in calumpnia tam a fratribus, quam ab aliis ordini nostro non professis, debite exigendi et sub utroque ligamine ac censura veritatem inquir[endi] generaliter omnes delinquentes puniendi, penas quascunque usque ad ultimam inclusive iuxta formam nostri ordinis nobis reservatam inferendi, priorem quemlibet suadente iusticia destituendi et alium ydoneum rite electum vel postulatum instituendi et confirmandi, sic que de studiis tam generalibus, quam provincialibus, sicut nos ipsi possemus et debemus, de prioribus et lectoribus, in capitulo et extra capitulum providendi, cetera agendi et faciendi que priores provinciales et visitatores prioris generalis facere possunt et consweverunt. Item ut quemlibet fratrem tibi subditum quater absolvere possis ab excomunicacionis vinculo et tociens super irregularitatis macula dispensare. Item quod apostatas ix, quorum recepcio ad nos pertinet, possit recipere et penam carceris eis debitam, si etc. in penas miciores valeat commutare. Item quod in culpis non multum enormibus penas carceris in alias penas valeat commutare et easdem infra terminum in constitutionibus taxatum breviare et cum agentibus penitenciam graviorum culparum de habitu et prosternacionibus secundum discrecionem suam totaliter dispensare. Item quod conventibus et fratribus sue provincie licenciam dare possit vendendi bona mobilia vel immobilia seu precarias, dummodo in meliorem usum convertantur. Item quod vicarium vel visitatorem in conventibus instituere possit, quibus institutis concedimus, quod visitare possint iuxta formam nostri ordinis et sentencias excomunicacionis super visitandis inferre et subditos eis comissos bis [ab] excomunicacionis vinculo absolvere et totidem super irregularitatis macula dispensare. Item quod duos fratres sue provincie si sibi dictaverit consciencia ab ordine absolvere et cum octo fratribus qui ratione culparum suarum voce carent in voce dispensare. Item quod iuvenes

iuniorum annis in constitutionibus et addicionibus taxatis ad ordinem recipere valeat, si non aliud obstat impedimentum. Item quod fratres extra capitulum ad predicandum, ad confessiones audientium, ad testamenta exequendum possit licenciare et confraternitatem conferre nostri ordinis populo utriusque sexus.

Dd 2, f. 34r

45

Strigonii, 27 Maii 1385

Concessimus venerabili Magistro Nicolao de Colonia gracias omnes et singulas ut supra Magistro Bartholomeo de Bononia fol. 38 ⁴⁹⁾.

Dd 2, f. 36v

46

Strigonii, 27 Maii 1385

Concessimus Sorori Yde, virgini deo dicatae conventus sancte Agathe in Colonia ⁵⁰⁾, licenciam exeundi conventum causa repetendi bona hereditaria, volentes quod nullus nobis inferior contradicere possit.

Dd 2, f. 36v

⁴⁹⁾ Dd 2, f. 38 = f. 35v: Strigonii, 25 Maii 1385. Concessimus venerabili magistro bartholomeo de bononia gracias infrascriptas. Primo quod ad nos accedere possit ac duos fratres mittere quocienscunque sibi fuerit oportunum. Item quod ad quamlibet provinciam nostri ordinis casu emergente possit accedere, ac duos fratres mittere, nec non ad singula loca sue provincie et in eisdem morari, donec sua negocia perfecerit. Item licenciam intrandi civitatem ac mittendi duos fratres in quocunque loco ordinis vel conventu quocienscunque sibi fuerit necessarium vel oportunum. Item quod unum socium et servitorem tenere possit nostri ordinis fratres, quos a comunibus obedienciis et serviciis ordinis exemimus. Similiter personam suam a quocunque nobis inferiore prelato exemimus, volentes ipsum sub nostra correccione immediate existere, nisi dilacio discipline et coreccionis in grave scandalum ordinis redundaret. Item quod confessiones christi fidelium, iuxta nostri ordinis instituta possit audire, et per quamlibet provinciam nostri ordinis cum uno socio ordinis vel duobus equitare, ad stupas et balnea extra septa loci accedere, officium commissarie acceptare pariter et exercere quocienscunque fuerit a christi fidelium requisitus.

⁵⁰⁾ Sainte-Agathe à Cologne, couvent des moniales augustines sous la juridiction du prieur des augustins de Cologne. Ce couvent fut fondé près de Bonn. En 1311, la communauté entière se transféra à Cologne. En 1459, les sœurs embrassèrent la règle de saint Benoit. Cf. N. DE TOMBEUR, *Prov. Belg.* Ms. t. III, 40. Voir également les numéros 47, 86, 146, 245.

47

Eodem die

Concessimus Sorori Margarete molensteyn licentiam similiter, ut immediate sit expressum.

Ibid.

48

Strigonii, 28 Maii 1385

Misimus licteram vicariatus provincialis Capituli provincie Coloniensis ut in forma.

Dd 2, f. 37v

49

Strigonii, 29 Maii 1385

Concessimus fratri petro de Alosto, provincie Coloniensis, quod confessiones christifidelium audire valeat et verbum dei ubilibet eisdem predicare. Item volumus quod patres sue provincie, cum ad eandem venerit, habeant [eum] recommendatum et quod possit unum conventum quemcumque sue provincie eligere et ibidem habitare, sic quod nullus nobis inferior ipsum inde valeat amovere, nisi adeo sua demerita talia essent, quod discipline dilacio et eius provincia ibidem ordini in scandalum vel vituperium redundaret. Item quod solus per quamcumque provinciam equitando vel peditando, si socium fratrem ordinis habere non posset, ire valeat ad provinciam suam. Item cum eodem dispensamus de super eo quod solus extra provinciam steterit et licentiam eidem ad nos cum uno socio vel solus, casu tamen notabili hoc exigente, veniendi contulimus.

Dd 2, f. 38v

50

Wienne, 5 Junii 1385

Commisimus vices nostras venerabilibus viris Magistris Iohanni Ergom⁵¹⁾ et Nicolao de Colonia⁵²⁾ et lectori Chunrado⁵³⁾,

⁵¹⁾ Sur John Erghome, voir M. R. JAMES, *The catalogue of the library of the Augustinian Friars at York*, dans *Fasciculus Iohanni Clark dicatus*, Cambridge 1909, pp. 2-96 (cf. pp. 9-15: *John Erghome and his books*); A. GWYNN, *The English Austin Friars in the time of Wycliff*, Oxford 1940, pp. 123, 129-138, 220, 235-239, 271; D. GUTIERREZ, dans *An. Aug.* XXIII, 193-194; F. ROTH, *Sources for a History of the English Austin Friars*, dans *Augustiniana IX* (1959), p. 226*, n° 569.

⁵²⁾ Voir note 43.

⁵³⁾ Conradus de Husen. Cf. E. ESTEBAN, *De fratre Conrado de Husen, Constantiensi, O. N., acerrimo Urbani Papae VI defensore*, dans *An. Aug.* V, 198-204, 224-229.

provinciali Reni, ut se informarent de causa rerum et librorum olim magistri Iohannis de braculis ⁵⁴⁾, que vertitur inter provinciam saxonie et conventum pragensem et determinarent eandem iuris remedio, iuste secundum allegata et probata procedendo.

Dd 2, f. 40r

51

Venetiis, 12 Iulii 1385

Fecimus fratrem andream de colonia studentem in conventu nostro de bononia pro forma lectorie et ibidem [magisterium] finaliter consequendo.

Dd 2, f. 45r

52

Venetiis, 2 Augusti 1385

Frater bartholomeus etc. Dilecto nobis in christo priori provinciali provincie Romandiole, salutem in eo qui usque ad mortem est factus obdediens patri suo. Cum nostre sit intentionis mente tota insistere et animo lugubrare pervigili, urgente nos studiosa et periculosa nostri cura regiminis, extirpantes (?) quibusdam modis et consuetudinibus pravis circa nostrorum fratrum promotiones *et exemptiones* ⁵⁵⁾ inventis a deo et ab ordine et ab omni ratione deliris olimque nostris antiquis patribus insuetis, nunc vero ab aliquibus nostris fratribus procaciter pessimum in usum deductis, non novas condere leges, sed antiquas passim resarcire ⁵⁶⁾ detractas et quasi abolitas, tam neglectu, quam temerarii moris abusu, novi stili moderatione firmare ; idcirco statuimus et presencium tenore mandamus, quatenus nullus frater nostri ordinis nobis subditus cuiuscumque gradus, status vel condicionis existat, audeat vel presumat quovismodo, colore vel forma seu quomodolibet procurare aut procurari facere, per se vel per alium, ut ab aliqua persona extra nostri ordinis gremium aliquam promotionem obtineat ad lecturam biblie vel libri sententiarum pro forma ad magisterium consequendum, vel eidem procuratori seu pomotioni assentiat vel acceptet, absque

⁵⁴⁾ Sur Johannes de Braculis (= Brakel en Westphalie), voir D. TRAPP, *Teólogos agustinos alemanes del siglo XIV*, dans *Archivo Agustiniano* 48 (1954), 295-298; A. ZUMKELLER, *Die Lehrer des geistlichen Lebens unter den Deutschen Augustinern vom dreizehnten Jahrhundert bis zum Konzil von Trient*, dans *Sacrus Augustinus Vitae Spiritualis Magister*, t. II, Rome 1959, p. 246.

⁵⁵⁾ In margine.

⁵⁶⁾ Ms: *resarare*, barré et corrigé par: *resarcire*.

nostra licentia speciali in scriptis habita et de hac nostra prohibitionem mentionem faciente plenariam et expressam. Item eodem tenore mandamus omnibus et singulis fratribus nostri ordinis nobis subditis, quod nullus ipsorum audeat vel presumat talem vel tales, sic procurantem vel procurantes aut promoveri facientem vel facientes, adiuvere in aliquo nec ad civitatem aut ad scholas associare, neque ei vel eis prebere favorem, consilium et auxilium quoquo modo. Insuper, quia multi sue professionis immemores iam velut servi non liberi sub onere pressi, obedientie leve iugum excutere, proprias voluntates implere et ad libertatem, immo ut dicamus proprius servitutem anxii in suam damnationem anhelant, quo supra tenore mandamus, ut nullus frater nostri ordinis subditus nobis pro se vel pro alio, propriam, mediatam vel immediatam ab aliqua persona extra gremium nostri ordinis aliquam gratiam, intra nostrum ordinem privilegium, officium, dignitatem, baccalariatum, magistrum, prioratum vel quemcumque gradum sive statum honoris procurare vel sibi procurari facere audeat vel presumat, et hoc sub pena carceris, quam incurrat contraveniens ipso facto ac etiam sub pena privationis omnis gradus, honoris et dignitatis necnon et inhabilitatis ad cuncta nostri ordinis officia et honores quascunque. Si quis vero ceca mente et dei timore postposito, quod absit, contra predicta et supra contenta omnia et singula nostra mandata salubria vel predictorum aliquod ordinis quietem, locorum unitatem et pacem, prelatorum subiectionem, mali recisionem, iuris equitatem et quo nil melius spectancia animarum salutem, manum apponere eaque infringere spiritu turgenti presumpserit, ultra penas iam supra taxatas, ex nunc pro ex tunc, trina monitione premissa, illum/vel illos licet inviti excommunicationis vinculo innodamus, a quo volumus non posse per ullum⁵⁷⁾ nobis inferiorem absolvi. At vero si quis ab huiusmodi excommunicatione ab aliquo prelato absolutionem impetraverit, et a prefatis nostrorum presentium mandatorum transgressionibus non destiterit, infra horam illum vel illos, ex nunc pro ex tunc, iterum eadem premissa monitione prelibata, de novo semper licet dolentes excommunicatione volumus irretiri, et sic continue quousque protervia deposita ab antedicta nostrorum mandatorum prevaricatione desistere curaverit cum effectu. Tibi autem priori provinciali sub inobedientie nostre pena per patentes iubemus, quatenus has nostras litteras presentes in tuo futuro provin-

⁵⁷⁾ Ms: *nullum*, barré et corrigé par: *ullum*.

ciali capitulo coram omnibus legi facias, ac de verbo ad verbum exemplatas ad omnia et singula tue loca provincie studeas destinare, prioribus tuis mandans, ut in quaterno sacristie ⁵⁸⁾ ad litteram registrare procurent, etc.

Eodem die. Similem litteram per omnia literae supranotate misimus provinciali provincie colonie.

Dd 2, f. 49v - 50r

53

Ianue, 6 Nov. 1385

Remisimus misericorditer fratri Iohanni de hertsweghe, provincie colonie, omnem penam sibi debitam ex eo quod sine licentia recessit de sua provincia et solus venit ad romanam curiam, nullo alio scandalo per ipsum perpetrato, ut nos oretenus informavit. Et fecimus eum studentem in studio gramaticali in spira, provincie reni, supposito quod ita sit, ut ipse nobis informavit.

Dd 2, f. 62r

54

Papie, 30 Ian. 1386

Fecimus conventualem fratrem petrum de berlandia in nostro conventu de brugis, nolentes per aliquem nobis inferiorem ipsum a dicto conventu posse amoveri, nisi quod absit sua demerita deposcerent ipsum amoveri, vel ipso volente.

Dd 2, f. 72v

55

Papie, 31 Ian. 1386

Fecimus fratrem laurentium de dordraco studentem in nostro generali studio bononiensi, de nostra gratia speciali.

Ibid.

56

Eodem die

Mandavimus venerabili viro fratri guilielmo de cesena, sacre theologie magistro, priori provinciali provincie romandiole, quatenus debeat dare fratri andree de colonia, studenti bononie, de collecta quam debet sua provincia ordini de anno presenti ducatos xij et similiter fratri bertolino de alexandria, ibidem studenti, ducatos sex, sciens quod si fecerit erit nobis quam plurimum gratum.

Ibid.

⁵⁸⁾ Ms: *sacristie*.

57

Papie, 1 Febr. 1386

Mandavimus fratri gysoni, sacre theologie magistro, priori provinciali provincie colonie, quatenus de quibusdam iocalibus fraudulenter ablati Reverendo domino bartoldo lindinensis episcopo ⁵⁹⁾, sub pignore repositis penes fratrem symonem de belario, previa inquisitione debita, disponente se ad pecunie quantitatem solvendam pro qua fuerunt dicta iocalia sub pignore deposita.

Dd 2, f. 73r

58

Mediolani, 28 Febr. 1386

Commisimus venerabili magistro gysoni, priori provinciali provincie colonie, quatenus ad ordinem recipere possit fratrem Waltherum ⁶⁰⁾ de hespen conventus lovaniensis, qui apostatavit ⁶¹⁾ et nostra auctoritate ipsum possit absolvere a vinculo excommunicationis et super irregularitatis macula cum eodem dispensare.

Dd 2, f. 77v

59

Mediolani, 7 Martii 1386

Fecimus studentem in nostro studio coloniensi fratrem bernardum de forlivio, de nostra gratia speciali.

Dd 2, f. 78r

60

Eodem die

Concessimus licentiam fratri Iohanni de viserbach, provincie colonie, ad suam accedendi provinciam cum uno socio, qui eum voluerit caritative sociare propter sui validam infirmitatem.

Ibid.

61

Bononie, 27 Apr. 1386

Frater Bartholomeus etc. Venerabili viro fratri Symoni de Cre-

⁵⁹⁾ Fr. Barthold O. P., évêque titulaire de Linda (siège suffragant de Parium), évêque auxiliaire de Strasbourg et Tournai. Cf. EUBEL I, 307; U. BERLIÈRE, *Les évêques auxiliaires de Tournai*, dans *Revue Bénédictine* 21 (1904), pp. 275-276. Ses devanciers sur le siège de Linda étaient deux augustins du couvent de Gand, à savoir Gilles de Flandre, évêque auxiliaire de Cambrai et Tournai, nommé par Clément VI (1342-1352) le 24 juillet 1346, décédé vers 1371 et Jean d'Alost, son successeur, évêque auxiliaire de Tournai, mort avant le 14 janvier 1381, date de la nomination de Jacques Bustin O. F. M. Cf. BERLIÈRE, o. c., pp. 271 et 274-275.

⁶⁰⁾ Ms: *Waltherus*.

⁶¹⁾ Ms: *apostavit*.

mona ⁶²⁾, sacre theologie magistro, priori provinciali lombardie etc. Ad statum felicem sanctissimi domini nostri, domini urbani divina providentia pape vj, pro ut de iure tenemur atque nostri ordinis unitatem et pacem vigilantius attendentes decrevimus nostris viribus insistere, ne forte, quod deus avertat, a fidei synceritate et salutari obedientia prefati sanctissimi domini nostri, quispiam nostrorum subditorum propria sequestretur malitia, et viam ingrediatur erroris relictæ penitus semita veritatis. Ut igitur nostrorum subditorum immaculata (?) fidei stabilitas atque vera obedientie firmitas clarius elucescat, presentium in tenore tibi precipimus et mandamus, quatenus solerti vigilantia omnes et [singulos] fratres tibi subditos, cuiuscunque status, gradus, dignitatis seu conditionis existant, firmam fidem, stabilem et veram obedientiam, atque debitam reverentiam sepredicti domini nostri iurare compellas, illud presertim pro Roberto olim basilice xij apostolorum, dicto gebenensi, nunc antipapam, qui se clementem vij ausu sacrilego nominare presumit ⁶³⁾, Iohanni olim tituli sancti marcelli, dicto abienensi ⁶⁴⁾ et giraldo olim tituli sancti clementis dicto maioris monasterii ⁶⁵⁾, presbyteris dicte ecclesie cardinalibus, perditionis filiis, iusto dei iudicio auctoritate apostolica condempnatis et eorum sequacibus, ac dantibus eis vel eorum alicui auxilium, consilium, vel favorem cuiuscunque fuerint preeminentie, ordinis, religionis aut status, etiam si pontificali, regali seu reginali vel quavis alia prefulgeant dignitate, etiam si fuerint romane ecclesie cardinales, seu aliis quibuscunque per ecclesiam vel ipsum beatissimum dominum nostrum denotatis vel in posterum denotandis, seu etiam condempnatis vel condempnandis ac rebellibus ipsius domini nostri, vel contra eum quomodolibet conspirantibus quam diu extra gratiam et comunem sedis predictæ permanebunt, non dabunt quovis modo per se, vel per

⁶²⁾ Sur Simon de Crémone, voir D. A. PERINI, o. c., t. I, pp. 271-273.

⁶³⁾ Créé cardinal-prêtre des Douze-Apôtres le 30 mai 1371, Robert de Genève fut l'antipape Clément VII le 20 septembre 1378 et mourut en septembre 1394. Cf. EUBEL I, 21, 27, 36.

⁶⁴⁾ Jean de la Grange O. S. B., cardinal-prêtre de Saint-Marcel, dit le cardinal d'Amiens, créé le 20 décembre 1375, mort en 1402. Cf. EUBEL I, 22, 43.

⁶⁵⁾ Gérard du Puy O. S. B., cardinal-prêtre de Saint-Clément, dit le cardinal de Marmoutiers, créé le 20 décembre 1375, mort en 1389. Cf. EUBEL I, 22, 41. Sur la situation dans l'ordre augustinien sous le grand schisme d'Occident, voir Fr. ROTH, *The Great Schism and the Augustinian Order*, dans *Augustiniana* VIII (1958), 281-298.

aliam interpositam personam, directe vel indirecte, publice vel occulte, auxilium, consilium vel favorem, nec ab aliis, quantum in eis fuerit et impedire poterunt, dari permittent, sed eos secundum posse eorum donec convertantur iuxta processus apostolicos prout iustum fuerit, persequentur. Magistris vero, lectoribus, predicatoribus, confessoribus, sub impositione mandati strictius iniungas, ut in quibuscumque eorum predicationibus, consiliis atque confessionibus, tam in publico, quam in oculo, populum oritentur et moneant, ut sanctissimi domini nostri veri obedientes et filii existant cum effectu. Mandamus igitur universis subditis nostris sub pena nostre rebellionis, quam ipso facto contrafacientes et nunc pro tunc declaramus incurrisse, quatenus ad tui requisitionem iurare non recusent predicta servare et iuratis nullatenus contraire. Et si quod absit talium sic reperiretur quispiam, qui ad tui requisitionem iurare ⁶⁶⁾ contempserit, vel etiam si iuraverit et oppositum credens subterfugere colore falaci ipse servare inventus fuerit, talem sic repertum sine dilatione temporum carceri mancipare procures et nobis notificare, explicans personam rei et omne et quicquid per te notorie contra eum repertum fuerit, atque per nos tibi significatum quid de tali disposuerimus agendum. Insuper tibi precipimus, quatenus omni quinta feria et cetera, ut supra ix Ianuarii est expressum, ubi est A in margine ⁶⁷⁾.

Eodem die. Similem literam per omnia missimus provincie colonie.

Dd 2, f. 86r-v

(Augustiniana VII, 296-297)

⁶⁶⁾ Ms: *iure*.

⁶⁷⁾ Dd 2, f. 70^r dans une lettre aux: venerabilibus viris procuratori ordinis et priori lanue (Alexandrie, 9 Jan. 1386):

Item tenore quo supra vobis precipiendo mandamus, quatenus omni quinta feria vel alio die, si quinta feria comode fieri on poterit, ante quam ad missam conventualem cantandam procedatis, letanias faciatis devotissime cantari cum oratione festivitatis corporis christi, dominum devotissime exorantes, ut sicut illud pro nobis ligno sponte donavit, ita ab inimicorum insidiis ecclesiam suam sanctam eiusque pastorem, cui preesse voluit dominum urbanum, eripere atque munire dignetur. Insuper volumus et iubemus, quod omnibus et singulis diebus, quibus congrue fieri poterit, specialem in conventuali missa orationem cantari faciatis pro salute atque felici statu sepedicti sanctissimi domini nostri gregisque sibi commissi, ut forte intercessoribus multiplicatis aures sue mitissime pietatis inclinante altissimo, ecclesie sue sancte tranquillum pacis statum misericorditer largiatur, quod et facere dignetur salvatoris clementia. Datum etc.

62

Bononie, 2 Madii 1386

Commissimus priori conventus regii, ut ad ordinem recipere possit fratrem nicholaum dictum bolle conventus brugensis ⁶⁸⁾, iuxta modum ordinationum nostrarum, non intromitendo tamen se de penitentia sibi iniungenda, quia suo provinciali commissio facta est.

Dd 2, f. 87v

63

Eodem die

Commisimus priori provinciali provincie colonie quatenus penam carceris, quam ex sola apostasia meruit *frater nicholaus dictus bolle* ⁶⁹⁾, si notabile scandalum non perpetravit extra ordinem, possit in mitiores commutare penas.

Ibid.

64

Senis, 5 Aug. 1386

Dispensavimus pro anno presenti super celebratione provincialis capituli provincie colonie, propter guerrarum discrimina, differentes capitulum usque ad annum proxime futurum.

Dd 2, f. 100v

65

Senis, 7 Aug. 1386

Declaravimus nos recepisse xxiiij florenos pro collecta unius anni ante capitulum de strigonio, in qua provincia colonie obligabatur, a venerabili magistro nicholao de nussia, nomine et vice magistri gysonis, tunc provincialis.

Ibid.

66

Fulginei, 27 Ian. 1387

Mandavimus magistro gysoni de colonia, priori provinciali provincie colonie, ut nullam penitentiam fratribus egidio de hulst et mathie de mechlinia debeat inferre, ex eo quod ad romanam curiam et ad nos accesserunt, sine sui licentia, volentes tamen ut ipsos punire debeat, si in aliquo alio defecerunt, cum misericordia tamen. Item sibi mandavimus, ut fratribus ex predictis viij s. fratri egidio restituere integraliter faciat, res quas penes fratrem Iohannem de

⁶⁸⁾ Ms: *burgensis*.

⁶⁹⁾ In margine.

meeren, cum de provincia sua recessit, dimisit in custodia, si in alio non peccaverunt nisi recedendo de dicta provincia sine licentia provincialis predicti, quod si defecerunt in alio, tunc concessimus, ut eos puniat secundum exigentiam delicti et leges ordinis, non oblita misericordia.

Dd 2, f. 129v

67

Fulginei, 28 Ian. 1387

Concessimus fratribus egidio et mathie de provincia colonie, ut ad eorum possint reverti provinciam, qui ad nos venerant pro soliditate sue conscientie.

Ibid.

68

[1387]

Studentes Bononie. Frater Iacobus Berardi de civitate sancti Angeli, frater Matheus de volturis, frater Balthasar laurencii de florentia, frater Albertus de Brunna, frater Iacobus de Neapoli, frater Iohannes de visbach provincie colonie.

Dd 2, f. 137v

69

Luce, 29 Martii 1387

Misimus literam vicariatus provincialis capituli provincie colonie pro anno domini m.ccc.lxxxvij ut in forma ⁷⁰).

Dd 3, f. 8v

70

Luce, 1 Apr. 1387

Confirmavimus fratrem bernardum de gheseke in termino de gheseke ⁷¹), nolentes quod inde possit invitus amoveri per aliquem nobis inferiorem, nisi id sua patientia et probata demerita postularent. Item sibi concessimus ut unum sacerdotem sibi eligere possit, cui valeat semel in mense confiteri, qui valeat ipsum absolvere sicut nos possemus si nobis confiteretur.

Dd 3, f. 7r

71

Ianue, 6 Maii 1387

Misimus literam vicariatus provincialis capituli provincie colonie

⁷⁰) Cf. n. 71.

⁷¹) Geseke près de Lippstadt en Westphalie.

celebrandi sub anno domini M. ccc. lxxxvij, quam portavit frater Iohannes de colonia, aliam tamen miseramus per dominum henricum episcopum yponensem ⁷²⁾, quam annulavimus et cassavimus dummodo hanc non receperint tempore congruo et debito, si vero istam non receperint tempore prenotato, tunc eo casu primam litteram dicti vicariatus in suo robore voluimus permanere, hanc secundam penitus annullantes.

Dd 3, f. 13v

72

Pisis, 24 Sept. 1387

Fecimus cursorem fratrem Iohannem de columberiiis ⁷³⁾, provincie equitanie, in nostro conventu londoniarum ad quem si non posset accedere, fecimus ipsum cursorem in altero conventuum colonie vel brugis, quibus lectis fecimus ipsum studentem in conventu londoniarum vel oxonie pro gradu lectorie sub magistro regente consequendo, de gratia spetiali.

Dd 3, f. 22v

73

Bononie, 24 Sept. 1387

Frater Bartholomeus etc. Religioso viro fratri petro de gualdo cathaneorum, priori provinciali provincie vallis spoleti etc.

Cum diversitas studentium in nostro conventu de bononia perfectum non generet sed, potius causam prebeat non studendi interdumque discordie ut videlicet quia quidam ibidem tamquam in studio et pro forma parisiensi sunt positi, quidam vero tamquam in solo studio generali unde etiam multitudine studentium conventus nimium pregravatur, cum quolibet provincia ordinis sub hiis diversis respectibus tres studentes mittere possit ad studium iam prefatum, ideo volentes super hiis de salubri remedio providere, tenore presentium ordinamus, statuimus, et disponimus, ut nulla provincia ordinis ad prenominationum studium et conventum de bononia aliquem possit studentem mittere, nisi solum pro forma parisiensi et pro gradu lectorie finaliter consequendo, non obstantibus quibuscumque iurisdictionibus provinciis concessis per ordinem. Quare tibi precipimus ut hanc nostram ordinationem debeas observare,

⁷²⁾ Il s'agit de l'augustin Henricus de Lippia (= Lippstadt), évêque titulaire d'Hippone. Cf. EUBEL II, 277.

⁷³⁾ Jean de Columbiens. Cf. EMDEN, o. c., t. I, 471 et Fr. ROTH dans *Augustiniana* IX (1959), p. 232, n° 588.

nec non ut ipsam presentem ⁷⁴⁾ legi facias in primo capitulo provinciali, quod in tua provincia contingerit celebrari.

Eodem die. Similem literam misimus provincie colonie.

Dd 3, f. 41v

74

Ferrarie, 22 Oct. 1387

Fecimus studentem mediolani fratrem Iacobum de brugis, de nostra gratia speciali.

Dd 3, f. 44r

75

Ferrarie, 29 Oct. 1387

Acceptavimus electionem provincialatus magistri Nicholai de nussia, et ipsum confirmavimus in priorem provincialem provincie colonie. Et infrascriptas gratias sibi fecimus, primo quod quemlibet fratrem sibi subditum possit absolvere bis. Et bis super etc. Item quod appostasas quatuor recipere possit etc., concedentes ⁷⁵⁾ sibi ut penam carceris possit commutare quantum ad tres in mitiores penas etc. Item quod in casibus non multum enormibus penas carceris ter [commutare] possit in mitiores penas etc. et totiens eadem etc. Item concessimus sibi de visitoribus instituendis ut communiter fit excepta illa particula que dicit *Cuncta autem* etc.

Dd 3, f. 45r

76

Eodem die

Fecimus gratias infrascriptas magistro gysoni de colonia. Primo exemimus eum cum uno socio quem elegerit ab omni officiali nobis inferiori ipsum et dictum sotium, quem mutare poterit pro libito voluntatis, sub nostra correctione tantummodo reservantes. Item quod ad nos venire possit et ad quamlibet provinciam ordinis et singula loca earum, ac civitatem intus et extra ire et intrare, ac duos fratres mittere quotienscumque sibi placuerit sine licentia aliquius nobis inferioris. Item quod ad universa supradicta loca equitare possit et opportunitate occurrente duos fratres mittere eques modo quo supra. Item quod in quocumque loco nostri ordinis audire possit confessiones secularium personarum et offitium commissarie acceptare et exercere quotienscumque fuerit requisitus. Item quod

⁷⁴⁾ Ms: *presentes*.

⁷⁵⁾ Ms: *cocedentes*.

unum sacerdotem eligere valeat et sibi confiteri, qui valeat eum nostra auctoritate absolvere quotienscumque sua devotio postulaverit. Item quod tenere possit pro suis servitiis unum famulum vel conversum ubicumque pro tempore steterit, cui volumus provideri in victu sicut uni ex aliis conventualibus. Item quod possit uti stupis et balneis naturalibus intus et extra pro ut sibi placuerit.

Dd 3, f. 45v

77

Eodem die

Fecimus studentem oxonie fratrem laurentium de dordraco ⁷⁶⁾, de nostra gratia speciali.

Ibid.

78

Eodem die

Concessimus licentiam fratri iacobo de ypris, ut possit reverti ad provinciam suam, qui nobis tulit acta capituli sue provincie.

Ibid.

79

Venetiis, 28 Nov. 1387

Concessimus provinciali provincie colonie vel priori conventus de mechlinia, ut fratrem petrum lare de mechlinia recipere possit ad ordinem, et ipsum absolvere a sententia excommunicationis et super irregularitatis macula dispensare, ac penam carceris in aliam mitiorem penam commutare.

Dd 3, f. 48r

80

Ferrarie, 18 Ian. 1388

Fecimus studentem bononie pro forma parisiensi fratrem peregrinum de slusis, provincie colonie, de nostra gratia spetiali, obligantes ipsum solummodo ad illam contributionem pro bursia conventui persolvendam, ad quam obligantur alii studenti de debito ibidem existentes.

Dd 3, f. 52v

(à suivre)

⁷⁶⁾ Cf. EMDEN, o. c., t. I, 586 et plus haut n° 55.